

uerē in potu tepido, qui mox ibunt cubatum, & sudario aliquo cooperiantur: hi ex toto citissime sanabuntur, ita vt ipsi nō super terram, sed super pennas ventorum ambulare videantur. Nunc ergo vade in pace, & cōple desiderium meū. Abijt autē Protonotarius gaudens & exultans, & omnia in veritate inuenit, prout à domino suo audiuit, prædicto supremo Pontifici & Imperatori demonstrauit, & sic probata est medicina Philosophorum corā Pontifice summo, & Imperatore, regnantibus illis temporibus, habere virtutem curandi infirmitates hominum, & transmutandi metalla imperfecta, lapidesque in gemmas preciosas, ac vitrum reddere malleabile. habet hæc medicina gloriosa, quā omni inuestigare fideli & pio præstare dignetur Deus omnipotens, vnigenitusq; filius Dei dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat vnus Deus per infinita seculorum, Amen.

R O S I N V S A D

E V T H I C I A M.



IN TRAVI die quadam domum senioris Habielsam causa visitandi ipsum, & sedi ad dexteram eius: & erant ibi duo viri, quorum vnum cognoscebam, alium verò nō. Et cū loquuti fuerunt ante præsentiam meam de Arte, & percepi per illud quod quæsiui, quod inducta fuerat super eos ars, & obscuratum verbum, nescientes id quod considerant in dictis sapientum, & erant in stupore. Conuertit ad me socius facient suam securus amicitia, & dixit mihi: Qualis est sapientum intellectus hic? Recipe plumbum, & quod assimilatur plumbo: & recipe azoch & quod assimilatur azoch: & hic est ordo scientiæ quam cognouerunt Aegyptii, & Aenigma eius, & ratio, & virtus, & largitas, hic sunt quatuor, quorum duo manifesta sunt: nominavit enim plumbum, & quod assimilatur eo. Quæ ergo sunt ista quatuor dixit, & hæc verba Sapientum habent obscuritatem, & sunt ex sophismatibus Sapientum dixit? Quomodo est hoc? dixi. Voluit per hoc Sapiens